Fragmentarium

eius orationem meam : et tribulatio
nem meam ante ipsum pronuntio.
In deficiendo ex me spiritum meum : et
tu cognovisti semitas meas. In via
hac qua ambulabam : absconderunt
laqueum michi. Considerabam ad
dexteram et videbam : et non erat qui
cognosceret me. Periit fuga a me :
et non est qui requirat animam meam.
Clamavi ad te domine : dixi tu es
spes mea. portio mea in terra viven
tium. Intende ad deprecationem me
am : quia humiliatus sum nimis.
Libera me a persequentibus me :
quia confortati sunt super me. Educ
de custodia animam meam ad confi
tendum nomini tuo : me expectant
iusti donec retribuas michi. Ant. Porcio
mea domine sit in terra viventium. Sabbato
ad vs. ps.
Benedictus dominus deus
meus : qui docet manus me

License: public_domain – Toronto, ON, The Robertson Davies Library at Massey College, Gurney FF 0001, Recto – Breviarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-6hid/10336/75804)